



RESPONSVM IN CAVSA SYNDICATVS

A VTHORE IOHANNE GALLEGRO
Artium, & V.I.D. & Sacrae Theologiae L. Regiae Audientiae
in Senatu Cathalonie primario Senatore

P A R S. I.

CAP. I. IN QVO AGITVR QVOMODO
et qualiter in Syndicatu se habere debeat, quas probationes, et
querelas admittere, quas repellere teneatur iudex, et
signanter in Consiliarijs Regijs.

S V M M A R I V M.

GENERALIA sunt
1. *precognoscenda. r. 1.*
2. *Materia capituli di-*
uiditur. eod.
3. *Querela non iustificata*
non attenditur. n. 2.
4. *Accusatore non probante reus venit*
perpetuo absolvendus. num. 3.
5. *Accusator sine querelans temere da-*
mnata relictus et expensatus, ut aly-
mnator puniunt non iudicio consue-
tudine. num. 4.
6. *Calumnijs presumitur, cum querelans no*

7. *probat. eod.*
8. *Nihil nihil producit, et non emittit nulla*
qualitates. nu. 5.
9. *Querela non sunt inanes, nec frivola,*
aut leues proponenda contra Officia-
les maiores, sed qua dolunt, fraudem,
aut baratariam continent. num. 6. et
num. 8.
10. *Ratio congruentiae postulat, ut tales sint*
querela, ut non inclinent in vanas vo-
ces, nec festucas iudicium concernant,
num. 7.
11. *Syndicatus saltem Officialium praemi-*
nentium



CAP. I.

RÆSVPOSITA

RÆSVPOSITA facti contingentiæ, his retentis, quæ ex processu resultât, de quibus seorsum, tam verbo, quam scriptis, est facta allegatio, statui pro enervanda procuratoris fisci intentione, vtq. iustitia & defensio mea lippis, & tonsoribus innotescat, breui laconismo ius, quod ex facto oritur. l. si ex plagis ff. ad l. Aquil. Spec. tit. de aduoc. P. 6. versic. cum autem & seq. & tit. de disput. & allegat. P. 1. versic. hoc autem in vulgus edere. Non tamen erit tanta breuitas, & ita sermo concisus, vt obscurus fiam, iuxta illud Horatij de Arte poëtica.

*Dum brevis esse laboro
obscurus fio.*

Late Neufan. in sylu. nup. in proem. num. 20.

Et insequendo Philosophi regulâ, lib. 2. de. 1. resolut. c. 4. & lib. 8. Topic. c. 8. quam libenter recipit Iustinian. in §. his igitur. instit. de iustit. & iur. Bar. & reliqui in l. 1. D. de reb. credi. & Petr. Ricciar. in Rubri. instit. de bono. possess. nu. 23. & in Rubri. de legat. num. 132. & in Rubri. de vsufr. num. 50. & in Rubri. de testamen. num. 18. nonnulla generaliter præ labor generali defensionis defertentia, vt specialis cuiusq. querele defensio, dum eò peruenimus, magis, atq. magis reluceat. Et spero in Deo, tam cõdignam, & perspicuam

dare satisfactionem, non hercle ex Heracitiantis, aut Sibyllarũ abditis, sed nitidis iuris vtriusq. fontibus erutam, & decerptam; vt quisq. medio in legali Philosophia versatus, (quãto magis Iurisprudentiæ choriphei) luce clarius meridiana ea percipere possit: facilius multo, quã si vellet (vt fertur) Sibyllarum folia cumulare, dum teste Virgilio, lib. 6. Æneid. turbata volant rapidis ludibria ventis. Discursus autem genericus hic tripartitus erit, principio agam de qualitatibus querelarum, quales sint, & quales ipsæ deberent esse: Successiue de qualitate, & laboribus defendentis, & quid hoc desideret, & postulet, tractabo: nouissimè de probationibus, quales deberent esse, & quales sint honori, & famæ propriæ consulendo vtilius, quo potero, scribam: boni & equi consulant iudices equissimi.

Ad rem deueniens primo aduerto, prætentatum querelatum nullã habendam esse rationem: tum quia non sunt iustificata, pro vt iustificari debuerant, probationibus non quibuscunque, sed multum lucidis. vt post Gram. Consil. 35. in Concil. crimin. num. 17. de ista iustificatione agit Hierony. Giaccar. inter opera Iul. Clar. in suo cons. famosissimo de syndicato num. 113. quinimo nec in tantillo sunt probata, eo saltẽ genere probationis, de quo infra dicitur plene in tertia discursus parte.

Et sic virget pro defendente, & in omnibus militat vulgata regula ac-